

norum non uidetur mihi præcisus, et hoc quia quamuis in qua
 libet hora temporalis quouis gradus semper æqualiter reuol-
 uatur de circulo æquinoctiali, non tamen æqualiter reuoluitur
 de circulo signorum, quod potest per exemplum demonstrari.
 Sit enim exempli gratia ascendens principium Tauri, cuius a-
 scensiones in circulo regionis sunt gra. 16. & minut. 7. tunc in
 medio cœli est signum capricorni gra. 15. & minut. 50. cuius a-
 scensiones in circulo directo sunt gra. 16. & minut. 7. sit itaq; signi-
 ficator dirigendus in fine eiusdem signi capricorni, est ergo lon-
 gitude significatoris ab angulo mediæ cœli gra. 16. & minut. 6.
 quibus diuisis per partes horarum diurnarum gradus significa-
 toris exhibunt hora una, & minuta 25. quæ hora & minuta sunt
 horæ longitudinis significatoris ab angulo prædicto. Cum
 autem super ascensiones gra. significatoris in circulo directo,
 quæ sunt gra. 32. & minut. 13. addiderimus numerum annorū
 20. resultabunt gra. 52. minut. 13. in directo quorum in circulo
 directo, sunt gra. 19. & minut. 47. signi Aquarij. Cum ue-
 ro super ascensiones gradus eiusdem significatoris in circulo re-
 gionis, quæ sunt gra. 323. & minut. 52. addiderimus numerum
 prædictorum annorum 20. prouenient gra. 343. minut. 52. in di-
 recto quorum in circulo regionis, sunt gra. 29. & minut. 58. si-
 gni Aquarij. Et sic differentia duorum locorum prædictorū
 directionum est, gra. 10. & minut. 11. cuius differentia sexta
 pars est gra. 1. & min. 42. ferè, quæ multiplicata per prædictas
 horas longitudinis significatoris ab angulo, reddunt duos gra.
 & minut. 24. qui additi super locum directionis circuli directi,
 cum minus extendatur quàm locus directionis circuli regionis
 reddunt gra. 22. & minut. 11. signi Aquarij. Sed nunc econtra-
 rio uideamus quæ gra. directionis sunt inter significatorem præ-
 dictū & gra. 22. minut. 11. signi Aquarij. Certū est eō diligē-
 ter operanti, quòd ascensiones quæ sunt inter locum significa-
 toris dirigendi, & locum ad quem uolumus dirigere sunt gra. 22.
 & minut. 22 in circulo directo. Et quòd inter prædicta duo lo-
 ca in circulo regionis sunt gra. 15. minut. 21. Et sic differentia
 harum